



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

XIII. V. possint Sacerdotes omne peccatum remittere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

S. Thomam valida & nō iteranda est, quando non percipit pœnitens imperfectionem doloris & absoluitur.

Potestne Sacerdos pœnitentem, cuius Confessionem non audiuit, Sacramentaliter absolvere? *Quæstio XII.*

Certissima fide credendum est, nullum pœnitentem extra casus infirmitatis supra positos, citra legitimam peccatorū Confessionem absolvendū esse. Sic enim in Concilio Tridentino definitum legitur: Si quis dixerit; non requiri Confessionem pœnitentis, vt Sacerdos eū absolvere possit; Anathema sit. *Respōsio.*

Cō. Trid. Sess. 14. Can. 9.

Possuntne Sacerdotes omne peccatum remittere? *Quæstio XIII.*

CHRIſTVS vnum tantū peccatum, quod in Spiritum sanctum dicitur, à remissionis exclusit remedio. Ioannes Apostolus prædilectus discipulus, qui in finu eius recumbens, secreta coelestia didicit, & enarrauit nobis, peccatum ad mortem hoc vocat, & quoniam remissionem non habet, orari pro eo negat, dñi ait: Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita, peccanti non ad mortem; est peccatum ad mortem, non pro illo dico, vt roget. *Respōsio.*

1. Ioan. 5.

roget

Caput VI. De Ministro

roget quis: Omnis iniquitas peccatum est, & est peccatum ad mortem.

Aug. Boni- Peccat autem in Spiritum sanctum quis, facio Co- pluribus modis, verum absq; remissionis spe miti de mo is tantum, scilicet, qui aut Christi fidem, & derate co- agnitam Spiritus sancti veritatem ex profes- ercedis he- so, consultoq; oppugnat, & in oppugnatio- retic. epist. ne, obstinato animo perseverat; aut maius 50. circa fi- appellat peccatum suum, quam per Spiritum nem. sanctum, a quo omne donatur peccatum, remitti possit.

PRIMO modo peccarunt Iudaei, dum Christum ex miraculis agnitum, & in virtute Spiritus sancti operantem, expellentemq; Matth. 12. Doemonia, in Beelzebub tamen principe Daemoniorum, illum hoc facere asseuerarunt, & ea in obstinatione perseverarunt.

ALTERO peccavit Cain, dum dixit: Genes. 4. Maius est peccatum meum, quam ut dimit- Matth. 27. tatur. Et Iudas Iscarioth, qui de immensa Spiritus sancti charitate diffidens, agnito peccato, non supplex ad Divinam misericordiam accessit, sed illud irremissibile ratus, abiit longè ab ea, & laqueo se suspendit.

Non remittitur ergo peccatum, quod aut non emendatur, aut remitti non posse putatur; quia in Spiritum sanctum peccat, & in eo peccato perseverat, qui aut Spiritum sanctum obstinatus oppugnat, aut eum remittere non posse peccatum a se perpetratum, existimat. Itaque dum aut impugnando, aut

ant etiam detrahendo offendit, indignus fit, ut ab eo per remissionem iuuetur, cum nullo peccatum, nisi quis ab eo se subtrahat, et remissibile existimet, remittatur.

Cum Sacerdotes possint omne peccatum remittere, cur Pontifex, & Episcopi sibi aliquos casus reseruant?

*Quæstio
XIIII.*

Ratio regiminis exposcit, ut grauiora peccata, grauiori iudicio subdantur; tū vt melius corrigi possint; tū vt si sint in Republicam pestifera, commodius adhibeatur remedium; tūm præsertim, vt acriori metu correpti homines, & nefarij ab huiusmodi sceleribus arceantur.

Respōsio.

Quapropter non absque mysterio singulariter Petrus quæsiuit, quoties peccanti remissionem indulgeret, eiq; peculiariter responsum est, vt septuagies septies; nempe quia plenissima omnium remittendi iurisdictione penes ipsum manebat, quæ in inferiores ab illo deriuaretur. Absolutio enim, quæ vi clauium fit, nō solum characterem requirit, verū & Iurisdictionem, ratione cuius grauiora crimina potest Superior ob præfata rationem reseruare.

Matth. 18.

Ratio itaque, & fundamentum huius reservationis est iurisdictione, quam quisq; tan-
tam

tam